



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Onus, quod uidit Habacuc propheta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

tia sua complectitur populū, & in ulnas reclinat. Hoc est consolatur eos & sustentat quemadmodum triste plorans puellus amplexu suscipitur, ut sileat & pacatus sit. quādoquidē, si Deus ita uelit, melior futurus sit.

CAPVT PRIMVM.

Onus, quod uidit Habacuc propheta,

EX ipso statim textu clarescit, Habacuc diu, ante Babylonicam captiuitatem, floruisse, quomonus se uidisse adfirmet. In Hebræa enim lingua propheta, uidentes aut contemplantes adpellantur, quod antea in spiritu uideant & contemplantur futura. Vnde & Iesaias uolumen suum uisionem super Iuda & Ierusalem nominat, quod de futuris que ipsæ spiritu prouident, agat. Abadia item librum suum, uisionem Abadia inscribit. Amos præterea scribit, quod Amazia iussit eum cedere hisce uerbis. Tu uidens, seu contemplator, Amouete hinc in terram Iuda. Huiusmodi uerborum nos adsuesieri oportet, nempe quod Hebraice propheta, uidentem sonet, ueluti qui futura & occulta, quæ alijs sepulta sint, uideat. In hunc modum futurum super Ierusalem uidit Habacuc malum, per regem scilicet Babylonie, unde consolatur & amplexatur populum ut ad fidem & spem ardentius inuitet.

Quam ob causam autem Onus adpellat, quomonus illud esse debeat? Nam multo consolatur fortius, quā
premut.

ANNO TATIONES.

premit. In more est prophetis, ut uaticinia sua, onera,
 Hebraice Mascha uocent. Idq; inde, ut Ieremia indi-
 cat, profluxit, quod per frequenter populum prophe-
 te corripuerunt, eisq; iram Dei minati sunt, ut & ne-
 cessarium est, Concionatorem, semper redarguere
 populum, quoniam boni pauci, mali uero multi sunt.
 Porro quom id agerent Adagium inde nascatur, ut
 uulgus diceret, Quid concionatus est? tumq; respon-
 deretur. Iterum in nos concionatus est, Nos semper de-
 liquimus. In nos perpetuo faba cuditur, nobisq; mina-
 tur. ut hodie etiam dicitur, Infernum nobis calentem,
 Satanam uero migrantem faciunt. Ex eo itaq;, quod
 Prophetæ semper aliquid super eos uenturum enunci-
 arent, Sermones illorum, onus nominabant. Hoc est
 aliquid quod superingruat, iamq; impendeat atq; fe-
 ratur super eos, ut eos ilico tangat, Sicut ira Dei & ul-
 tio in singulis horas pendet, & fertur supra impios,
 tametsi non sentiant. Ea de re uide, si lubet Ieremiam.
 24. Quomodo uerbum Dei Mascha adpellabant, ut
 adeo male haberet ea res Deum, ut uel inuideret. Dum
 ergo & Habacuc de futura super Ierusalem ad afflictio-
 ne uaticinatur, quamuis consoletur magis, quam ter-
 reat, Concionem tamen suam onus uocat, uulgata o-
 mnium prophetarum & populi consuetudine. Nam
 & in ea primum interminatur. Vel ideo, quod eos hu-
 miliet & terre faciat, si quo modo uitam suam innoua-
 re, futurumq; auertere malum uelint.

B 3 Quousq;